



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 8. Papæ morbus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

dinis tui fratres cis mare invenies. Re-
linques autem in regione illa spectatæ
virtutis Vicarium ac Equites ad eam be-
ne tuendam idoneos, ne illi tua ex ab-
sentia, quæ diutina non erit, discrimen
immineat. Aliquos tamen adduces,
quos usus rerum, prudentia & fidelitas
sua reddit habiles ad bona consilia tecum
nobis suggerenda. Dabat Burdigalæ 6
Junii anno 1306.

Sæcul. XIV.
A.C. 1306.

Magister Templi protinus obsecun-
dans in Galliam se conferebat. Sed al-
ter relicta Cypro in itinere substitit, ut
invaderet insulam Rhodum occupatam
per Turcas Constantinopolitano Impera-
tori obnoxios. Hospitalarii primum par-
vis quibusdam insulis, & Castellis aliquot
potiti molitionem annis quatuor conti-
nuabant, obsidentes modo, modo obses-
si: sed tandem prosperum res successum
habuit. Interim eorum Magister misit,
qui Papæ tarditatem itineris excusaret.

Bal. i. p. 65.

§. VIII.

Papæ morbus.

De subsidiis terræ sacrae mittendis ac
de aliis magni momenti rebus agen-
di gratia Clemens duos Cardinales, Be-
rengarium Fredolium, ac Stephanum
Suissium ad Regem Philippum legavit,
eum-

Sæcul. XIV.
A.C. 1306.

Bal. 2. p. 77.

eumque hoc antea edocuit per epistolam, in qua dicebat: Oramus, ut his advenientibus, quod intra tres circiter hebdomades fiet, apud te habeas totum consilium sanctius, quicum deliberes de iis, quæ tibi propofuerint: nam negotia nostra haud permittunt, ut his viris diu careamus. Noris etiam, nos, postquam tibi ultimo scripsimus, correptos morbo, ac pæne ad mortis januam deductos esse.

At, Deo sint grates! sanitatem plenam recepimus. Cardinales, ut iussimus, respondebunt ad ea, quæ nobis de congressu nostro significasti. Dabat Pessaci prope Burdigalam 5 Nov. 1306. Duo Cardinales indicabant Regi, Papam cupere cum ipso colloqui Tolosæ aut Pictavi medio Aprili vel ineunte Majo anni proximi. Rex subjunxit se pluribus de causis haud posse tunc ire Tolosam; & habita ratione numerosi comitatus, quem uterque deberet adducere, Cæsarodunum sibi videri Pictavio longe aptius tum ad habitationem victumque tam magno conventui præbendum, tum ad confirmandam Papæ sanitatem: Pictavium tamen, si Papa mallet, se statuto tempore venturum. Hæc continebat Regis epistola.

p. 88.

Papa respondit se Pictavium eligere; sed quia Medici suassent, ut in principio Maji medicamentis noxios humores abigeret;

p. 90.

bigeret, se putare in Aprilis initio esse Sæcul. XIV.
 conveniendum. Rex autem Pictavium A.C. 1307.
 non petiit nisi sub Pentecosten: ubi am- to. 1. p. 6.
 bo hærebant diu. Papa illuc curiam p. 26. 585.
 suam duxerat, quæ ibi per spatium u-
 nius anni otio fruebatur ob infirmam e-
 jus valetudinem.

§. IX.

*Revocantur administrationes benefi-
 ciorum vacantium.*

Papa Clemens, cum Passaci esset, 20
 Febr. 1307 edidit litteras, quarum
 hæc erat summa: Per amicitiam, quæ Rayn. 1307.
 nos cum quibusdam Regibus, Præsulibus, n. 28.
 aliisque viris eximiis tum lacris tum pro- Extrav.
 fanis pridem conjunxerat, adducti sumus, summ. de
 ut ob importunas eorum preces Ec- præb. c. 2.
 clesiasticis, immo etiam Religiosis Eccle-
 sias patriarchales, archiepiscopales, aut
 episcopales, vel monasteria vacantia per
 vitam suam vel ad tempus custodienda
 seu administranda traderemus. An ta-
 les tantasque gratias largiri deberemus,
 satis expendere, donec Deus periculosum
 nobis morbum immitteret, non potera-
 mus: adeo nos inde avocabat negotio-
 rum multitudo & difficultas. Tum ve-
 ro ab his paulum remoti applicato ad
 hoc examen animo clare vidimus a Cu-
 stodibus istis Ecclesias & cœnobia negli-
 genter; Histor. Eccles. Tom. XXII. Q q gi;